



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

III. Eius sepultura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

mum hominem aspicerent venientibus, multis cum lachrymis eum commouit, inquit. *Ecce magnum illum virum! Ecce dormientem iam, qui Dei ecclesiam hactenus rexit & erexit. O Deus, excita, qua sumus, alium, ad nominis tui honorem, & Euangelij promotionem.* Absidente vero pictore qui mortui lineamenta in tabula representaret, Idem Ionas ad circumstantes conuersus, *Diligenter hunc inquit, etiam atque etiam contemplantini. Hic enim est, qui multa animarum millia ab inferno liberauit.* Talia homo ille contra ipsius Lutheri de se ipso confessionem.

Mortui dein cadaver, ultra modum foetens, adeo vt nemo accedere propius posset, sandapila plumbea impositum, & in templum oppidi primarium, D. Andreae sacrum, deportatum fuit, campanis interim toto oppido sonantibus, & cruce funori praelata: quod & ipsi Comites & magna hominum multitudo comitabatur. In templo idem Ionas funebrem orationem habuisse dicitur. Sed quomodo hoc cum Bezae verbis conueniat, nescio, qui in Iconibus suis Ionam hunc in Lutheri complexu exspirasse dicit. *Nihil, inquit, omnium fere rerum egit, cui non Ionas, cuius consilio plurimum utebatur, interfuerit: cui etiam vicinarum ecclesiarum, & Halensis imprimis curam demandarat, in qua etiam intra Lutheri complexum Deo animam reddidit, mortuus Eüseldia. Anno M D XLV.* Adeo semper errant impij, vt ne quidem naturae lumine nota rite attingant.

III. Accepto de Lutheri morte nuncio, Saxoniae, Elector corpus à Mansfeldijs Comitibus, vt VVitebergam ad sepulturam mitteretur petijt. Quo impetrato, funus curru impositum multis cum caeremonijs & pompa deducitur, panno attri coloris, albi coloris cruce decussato, obiectum; proxime in alio curru sequentibus Moniali vidua, plena lachrymarum, & tribus filijs, quos, illa tamquam *Aeternū incelsi monumentum & pignus amoris,* & venerabile tanti prophetae reliquias, populo passim ostentabat. Sed dolorem ex mariti morte conceptum non parum lenierunt à Mansfeldijs Comitibus duo, & Saxoniae Electore tria florenorum ipsis donata millia. Funus praeterea comitati sunt equites circiter quadraginta. Quum non procul à VViteberga abessent, praesto fuerat alius curus multo ampliori cum ornatu, sed ob intolerabilem foetorem quem cadaver spirabat, loco id mouere nemo fuit ausus.

Sepulcrum ei factum est à regione summi altaris, additusque è candido marmore cippus. Ibi quoque non multo post mortui Melanchthonis corpus fuit reconditum. Circumcirca duodecim Apostolorum; à manu dextra, Saxonis, à sinistra Brandeburgici Electoris statuae visuntur. VVitebergae Lutheri funus iterum Latina oratione à Melanchthone, & Germanica à Iusto Iona celebratum fuit. Nec omisus fuit lepidus ille versiculus, quo viuens Lutherus res à se gestas deprædicarat, nempe:

Pestiferam, viuens, moriens ero mors tua Papa.

Hanc quidem ob causam illustris quidam Historicus hunc ei titulum tribuit, Mart. L. *auctor schismatis contra Papam*: quod tamen parum est, quin septiceps potius Lerna dicendus fuerat; quod septem praecipue haereson siue sectarum Auctor fuerit, etsi ipse se viuentem Confessus fuerit ultra 30 sectas peperisse. Reuera autem innumerabiles, quarum CCXII. distincta nomina obtinuerunt. (s) Sed quam verax ille fuit propheta, cuius vaticinium de morte Papae nondum post C annos, quod à morte implendum erat, verisimilitudinem fuit sperare. Mirum est quantum laboris pictoribus & sculptoribus iam mortuus exhibuerit Lutherus, pictus, fictus, sculptus, & quibus non modis expressus: Visitur multis adhuc locis etiam in templis eius imago cum hac inscriptione: **DIVS ET SANCTUS DOCTOR MARTINUS LUTHERVS PROPHETA GERMANIAE.** Et in pluribus locis Germaniae, etiam in popinis, ostentantur Ducis Saxoniae & conjugis ipsius ante crucifixi imaginem genibus innitentium, effigies, & penes hos Lutherus velut alter S. Ioannes. Quin etiam multi Germanorum si quando Lutheri nomen vsurpari audiunt, caput aperiunt; & in collegijs ipsius imaginem eodem modo quo nos Saluatoris nostri crucifixi, venerantur. In pari fere apud eosdem honore est Melanchthon: quorum vtriusque effigies, tamquam mariti & vxoris fere coniungi solent. Et quemadmodum primi Christiani in frontispicio altaris itemque in templorum porticibus Crucis signum inculperet, & in vitris & fenestris Iesu nomen depingere solebant. (Hinc Reformatorum nostrorum illud Quodlibeticū: *Illo tempore quo Iesus & Maria fenestris inerebantur*) sic noui Euangelici similibus locis Lutheri & Melanchthonis

L l z

s Anatomia Eccles. Cathol.

thonis imagines ostentant. Hamburgi certe, Bremenæ, Lubecæ, & alibi, omnes fere portæ, ianuæ, fenestæ, quæ publicas plateas spectant, tale aliquid præferunt. Sed enormem mihi & belluinam vide idololatricâ stultissimorû hominû; qui ad consecrândâ æternitati Magistri sui memoriam, persuadere nobis volunt, de ipsius adventu Sanctum Ambrosium & Sanctum Augustinum esse vaticinatos. Samuel apud Reginaldum Polum testatur in tabula depictam vidisse se Lutheri imaginem, Latina inscriptione adiuncta: *Divinum atque admirabile vaticinium Divi Ambrosij & Augustini, de tempore & adventu Sancti Lutheri, qui contra Antichristum Romanum scribere cepit, ut litteris huius versiculi, numerum anni representantibus, continetur; quod est apud Christi fideles admiratione & notatu dignum.* Tibi Cherubin & Seraphin incessabli voce proclamant.

Ex numeralibus his litteris, aiunt suaves isti mulfores & eruditi homines efficitur numerus MDXVII. qui idem numerus est anni quo contra Romanum Pontificem primum calamus strinxit Lutherus. Sed quæso vos, an quidquam ineptius etiam per somnum potuissetis fingere, quam quod admirabili illo Seraphicorum & Cherubinorum Angelorum concentu, Lutheri tamquam alterius Messia adventum denotari dicitis? Itane miserè cæci & hebetes estis, ut duo L. L. quæ sane & ipsæ numerabiles sunt litteræ & quin quagenarij notæ sunt non videatis? Sed omnia illi susque deque habent errare & mentiri dummodo Prophetam suum ad cælum usque extollant. Quin etiam negantur, Lutherum stellam illam esse de qua Sanctus Apostolus Joannes in Apocalypsi loquitur (1) Illyricus, Nos, inquit, non dubitamus, Lutherum illum principalem esse Angelum, qui per medium cæli volans, Evangelium habebat æternum. Et alibi, Etiam esse dicit, qui secundam Christi adventum præcesserit. Sed & tu Illyrice multum deliras ista garriendo ex cap. 14. Apoc. cum Sodalibus gregum tuorû. Ad cap. 9. Apoc. oportuerat oculos te tuosq; convertere, illic Lutherû tuû Quinto Angelo tuba canente vidisses sub forma *Stella de cælo decidua, & aperientis puteum abyssi*, & te ipsum sub forma *Locusta* delineatum. nam Angelus ille capite 14. Apocalypsiæ volans nimium adhuc à tuis meisque temporibus est remotus, in futuris sæculis revelandus, quando eorum, qui nomen Jesu & PATRIS eius portaturi sunt, & Virgines erunt & agnum in vitæ suæ exemplo sequuntur, numerus ad C. XL. IV. millia excreverit. Cum his

enim virginibus commercium erit illi Angelo Apocalypico, qui volans portabit *Evangelium æternum, ut Evangelizet sedentibus super terram, & super omnem tribum & linguam & populum*, quorum nihil omnino competit Lutheri tuo. is enim Virgines traxit ad propudium, & de sacris fecit sacrilegas, & de Christo nuptis fecit scorta Apostatarum. nosti Illyrice, quæ tibi ex Lutheri tuo annumerata sunt verba & facta, de eius continentia & amore Virginitatis, hoc ipso libro cap. vi. potes etiam discere eius animum castum ex Conradi Andree *Luthero casto* per 1. articulos digestum & denique ex ipso Lutheri decreto contra scorta Wittebergæ An. 1545. 13. Maij valuis Ecclesiæ affixo, quo adolescentes magis irritavit concludendo in hunc modum: *Summa rei est, caue tibi à scortis* (antea vocat mulieres scabiosas & infectas morbo Gallico) *Deumque roga ut bonam tibi puellam adiungat* (u) *Vxorem honeste dixisset Lutherus si honestam animum à puero coluisset, iste enim modus vivendi apud Germanos est lenonum.* Nihil itaque Lutheri & Angelo illi Evangelium portanti commune est, nisi merus Evangelij prætextus & nudum Evangelici sine re nomen. Sed neque isto Angelo potest designari Lutherus, quippe qui non volavit per medium cæli sed diligentissime se intra munitionem VVittebergæ continuit nisi eum vel Melancholia, vel salvus conductus Principum Sæcularium inde efferret. Nec super omnem gentem & tribû & linguam & populum evangelizavit, sed super solam Germaniam, & illius exilem particulam. Notum enim est quomodo Orlamundæ lapidum & fimi iactus declinavit, ascensu curru uti novus Elias (x).

Sed videamus iam, quomodo vaticinia Lutheri impleta fuerint; vti ad hoc cuiusdam Lutheri amantissimi discipuli testimonio, qui libellum edidit hoc titulo: *Verax narratio beneficiorum per Dium Martinum Lutherum Germania diuinitus præstitorum.* In hoc inter alia dicit, Lutherum prædixisse post annunciatum à se Evangelium, & Papatum abolitum, homines eorûque progressivos ut Deum non amplius cognituri, sed recto gradu ad Sathanam pergentes, ex sua phantasia modulo vitam & doctrinam instituturi sint. Idque iam evenisse. Papatu enim destruo,

1 Apoc. cap. 14. Myr. cap. 10. Spangeberg. u Vlenberg. Vit. Luth. cap. 31. num. 4. x Vlenb. Vit. Luth. cap. 14. num. 1. & 2.

Et, & populo à Romana seruitute liberato, eosdem Euangelij quoque seruitutem detestare, nec quidquam credere uelle quam quod ipsis uideatur. Loquitur uero de VVitebergenfibus & Lipfenfibus, qui magistri sui Lutheri nomen & memoriam non multo post ipsius mortem detestari cœperunt, appellantes eum, *Philauton, Philonicon, Eristicum, Hyperbolicum, Polypragmona, Stoicum, durum, capitosum, animarum & conscientiarum tyrannum*. Sed titulos hos & elogia Lutheri, & ridicula Lutheri uaticinia quæ ipse Satan indices edit & optat, alijs relinquamus: & quæ de Lutheri dicenda restant persequamur.

IV. Quanta in hoc homine arrogantia fuerit, vix scis, crederet posteritas, nisi tot ea æternis consignata esset monumentis. Maiorem certe in nemine unquam fuisse, certum est. Nam proculcata omni Christianæ religionis antiquitate, cuius ille perpetuus fuit Aristarchus & censor, nihil frequentius in ore habebat, (y) quam se ad hoc diuinitus missum, ut ueram Legem Mundo daret. Doctrinam suam ipsum esse Euangelium, de quo Christus ipse in extremo iudicio daturus sibi sit testimonium, quod è cælo illud accepit. Iudicium suum Dei esse iudicium. Qui suis dijs sese opposuerit, in eum æternis flammis Deum vindicaturum esse. A Deo se electum, qui Pontificem Romanum è throno suo deturbet. Interea dum dormiat, aut cum Melanchthone & Amadorffio VViteberga cereuisiam bibat, magis se Papatus incommodasse quam omnes Casares & reges qui unquam fuerint. Se super Leone ambulaturum, & pedibus suis serpentes concalcaturum. Quod à se uiuo captum sit, post mortem completum iri. De se s. illum Ioannem Hussium, quum in vinculis esset Constantia, ita uaticinatum: A Papistis iam auferem assari (Hus enim Bohemica lingua auferem significat) at post centum annos Cygni cantionem audituros. (z) Sic ardelio in libello quem contra Augustinam fecit Decretum, paratragediatur: cui si credimus, huic uni soli monacho Spiritus S. ea mysteria quæ Ecclesiam & tot tantosque Orientis & Occidentis Doctores celauit, aperuit & reuelauit. Sed hoc idem dixerat Muncerus, idem dixerat Dauid Geotgius, & alij eius temporis hæretici & hæresarchæ. Et sicut olim nescio quis Grammaticus gloriatus est, litteras secum natas, & secum quoque interituras: sic Lutherus sibi uni doctrinam, eruditionem & scientiam arrogabat: adeoq; titulum hunc à diabolo sibi tributum ait. (a) Ad suam usq; ætatem omnia plena fuisse ignorantia. Credas huic quasi alteri

Moyfi, ineffabile illud Adonai nomen reuelatum, neque ad tertium usque cælum solum hunc Paulum eleuatum, sed in incima cælorum sacraria & adyta perductum, ut abditissima illic diuinitatis mysteria timaretur; & uelut alter Prometheus; cœlestem illum igoem vulgo in terram ad homines deferret. Audi quibus uerbis Germaniam inclamet. (b) *Aperi oculos, inquit, misera Germania. Ego, ego sum, qui cœleste lumen ad te adfero. Euangelium meum clarius est & euidentius, quam Apostolorum tempore unquam fuit. Miseri Germani! Antequam uos ego docui, quid ueritas esset nesciistis. In libro uero quem de Pontificis & Episcoporum scripsit statu, aperte ait, Euangelistam se esse à Deo missum, ad Mundi salutem. Quicumque sibi non obtemperauerit, Iesum Christum contemnere. In more etiam habuit, ut litteris quas mediocri conditionis hominibus scribebat, nomen suum hoc modo subsignaret, M. Lutherus Euangelista VVitebergenfis (unde etiam discipuli ipsius Euangelici appellari uolunt) nunquam uero: *Propheta Germania: Simonis magi exemplo, qui seipsum Dei altissimi Virtutem appellauit. Sic Manes libri sui frõtrispicio titulum hunc præfixit, Epistola Fundamenti, superbis illis titulus usus, Maues Iesu Christi Apostolus, Patrius providentia. Sic Monranus seipsum Paracletum nominauit: sic Valentiiani Gnostici, id est, scientes dici uoluerunt, ut Clemens Alexandrinus testatur. Lutheri idem mihi accidisse uidetur, quod Vincentius noster Leribensis (nostrum appello, quia Gallus fuit) Origeni accidisse dicit: quem arrogantia sic dedis præcipitem, ut numquam postea resurgere potuerit. Dū enim magnus ille uir Dei gratia insolenter abutitur, dum plus sibi tribuit quam humana patitur imbecillitas, dum Catholica religionis simplicitatem contemnit, dum plus se sciro quam ceteros omnes existimat, dum posthabitis Ecclesiasticis traditionibus, loca quadam S. Scriptura nouo modo interpretatur, seipsum perdidit, & Ecclesia magnum scandalum conciliauit.**

V. sed ô mirabiliorem in Lutheri cæcitate! Quis credat hominem hunc, omni Dei & Ecclesia deftitutum testimonio, titulum hunc acquirere potuisse, ut Germania Apostolus diceretur & crederetur? qui nec uiuus nec mortuus ullum fecit miraculum, quo doctrinæ suæ ueritatem confirmaret?

Ll 3 Hoc

y in 500. art. 3. z Ad fals. d. h. stat. Eccles. in resol. Teuton. cont. Rep. Angl. In serm. ter. 2. post inuocauit. Luth: contra Imperiale Edictum a Lib. de Missa Anglari. b In 500. art. art. 355. Tom. 6. fol. 168. Lib. de schol. erigend.